

Forfatter: Helgesen, Poul

Titel: Udrag fra Chronicon Skibyense

Citation: Helgesen, Poul: "Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab", i Helgesen, Poul: *Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab*, 1932-1948, s. 69. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-helg06val2-shoot-idm140415585070736/facsimile.pdf> (tilgået 20. april 2024)

Anvendt udgave: Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab

propriam domum, que ab illius morte donata est
D. Ioanni Andree episcopo Ottonensi, cuius uer-
silia et fraude instructus rex Ioannes obtinuit ini-
27 quam | sentenciam, quam alioqui non obtinuisse.

5 Illius enim arbitrio nihil non fiebat in regno viuente
adhuc Ioanne rege. Huius tamen tyrannidis, alia-
rumque uersatarum, quibus in vita excelluit, mul-
tosque oppressit, sub principatu regis Christierni
condignas dedit penas.

10 Eodem anno venit in Daniam a pontifice Rho-
mano missus legatus, Danus quidam doctor Her-
mannus, professor ordinis diui Ioannis Monasterij
Ottoniensis, predicatorus quam uocant cruciatam
aduersus Turcham, qui suis remissionibus et bullis,

15 hoc est mera licentia, extinxit multam pietatem.
Neque docebant huiusmodi legati eorumque vicarij
homines penitenciam agere, sed intrepide peccare,
atque tunc primum aperta fuit Lutheranismo fene-
stra. Neque unquam potentior factus est Turcha,
20 quam dum cepta est predicatori aduersus illum cru-
ciata, qua compilata sunt Christianorum regna, auc-
teque facultates cognatorum Rhomani pontificis,
Turcha magis ac magis triumphantem, posterioribus
prioribus semper deterioribus. Hanc enim cruciatam
25 non persuasit pietas sed auaritia. |

28 Ab anno domini 1507. et deinceps acriter pug-
natum est terra et mari, inter regem Ioannem, guber-
natorem Suetie, atque ciues Lubicenses, rege ubique
triumphante, verum non sine graui iactura suorum
30 ciuium ac precipue negotiatorum. Duces autem na-
ualis belli erant uiri famatissimi Seuerinus Nørby,
Otto Rud, Ioannes Holgeri, atque horum similes

Cruciata
predicata in
Dania .1502.

pirate, ad predam atque pyraticam non minus natura quam arte instructi.

Nec tantum isti pirate male perierunt, sed etiam alij multi, qui olim sub principatu regis Ioannis piraticam exercuerant aduersus Hispanos et Anglos, 5 quorum e multis hec pauca nomina succurrunt, Pjning, Rutbeck, <Pwthorss,> Ræmmerkatt, Ioannes cocus, Ieorgius cocus, Andreas Maurus, Tile Giitzill, Andreas Barton Scotus. Omnes hii male perierunt, vel a propriis familiaribus interempti, vel la- 10 queo prefocati, vel etiam aquis obruti. Nec meliori fortuna fecerunt piraticam quidam sub principatu regis Christierni, de quorum numero erant magister Lambertus Ripensis bombarda percussus, et Nicolaus Knijphoff ab Hamburgensibus captus, capite- 29 que truncatus. Dignum profecto supplicium in omnes predones, qui mera libidine dominandi ac insania rapiendi, Christianis fratribus suis sunt infesti.

Obitus episcopi Ioannis Roschildensis. Anno domini. 1512. mortuus est D. Ioannes Iacobi episopus Roschildensis, cum paulo antea episcopa- 20 tum resignasset nobili uiro D. Lagoni Wrne legum doctori. Erat autem Ioannes iste patre nobili uiro Iacobo Ioannis de Rauensborg natus, qui cum adolescentis Colonie operam literis nauaret, turpi amore captus et libidine cecus, uxorem duxit meretricem 25 quandam nomine Christinam, non sine solenni eccliesie benedictione. Quod cum resciuisset illius pedagogus, nescia muliere, eum euestigio ad domum paternam reduxit. Cognita uero illius fuga, mulier statim est consecuta, verum magno capitum sui pe- 30 riculo. Pater uero prefati Ioannis filij pudorem redemit magna summa ab impudica femina, que mox,